KEY TO EXERCISES IN LATIN SYNTAX AND IDIOM

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649271511

Key to exercises in Latin syntax and idiom by E. B. England

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

E. B. ENGLAND

KEY TO EXERCISES IN LATIN SYNTAX AND IDIOM

Trieste

KEY

TO EXERCISES IN

LATIN SYNTAX AND IDIOM

FOR THE USE OF TEACHERS ONLY.

KEY

TO EXERCISES IN

LATIN SYNTAX AND IDIOM

BEING

A SELECTION OF SENTENCES FROM
LATIN AUTHORS

BY

EDWIN B. ENGLAND, M.A.
ASSISTANT LECTURER IN CLASSICS IN THE OWENS COLLEGE,
VICTORIA UNIVERSITY, MANCHESTER

BIBLIOTHECA
DEC 1882
BODLEIANA

London
MACMILLAN AND CO.
1881

305. g. 164*

KEY TO EXERCISES IN LATIN SYNTAX AND IDIOM.

EXERCISE I.

1. Nec magna nec memorabilis ex inermi proditoque victoria est.
2. Ira distat ab iracundia quo ebrius ab ebrioso et timens a timido. Iratus potest non esse iracundus; iracundus potest aliquando iratus non esse.
3. Si vis amicum divitem facere non pecuniae adiciendum sed cupiditati detrahendum est.
4. Nihil carius aestimamus quam beneficium, quamdiu petimus, nihil vilius, cum accepimus.
5. Stat Aristoteles defensor irae et vetat illam nobis exsecari; calcar ait esse virtutis.
6. Quid est turpius quam senex vivere incipiens?

---

7. Publicius Malleolus, qui matrem occiderat, primus insutus culeo in mare praecipitatus est.
8. Stilpo interroganti Demetrio numquid urbe capta perdidisset "omnia" inquit "bona mea mecum sunt."
9. Ignoranti quem portum petat nullus suus ventus est.

10. Quas res ante ora videmus aut quod recens audivimus obliviscimur plerumque; quae acciderunt in pueritia meminimus optime saepe; nec hoc alia de causa potest accidere nisi quod usitatae res facile e memoria elabuntur, insignes et novae manent diutius.

EXERCISE II.

1. Quod scire hominem nolunt deo narrant.
2. Neque te iubeo semper imminere libro.
3. Itaque Cassius aiebat alios declamasse, Varium vivum consilium dedisse.
4. Epicurus peritissimum voluptatum aucupem sapientem esse contendet. Clamat Zeno hominem natum ad nihil esse aliud quam honestatem.
5. Hannibal omnibus Italicis praeter Romanos mitis videri voluit.
6. Si propter alias res virtus expetitur, melius esse aliquid quam virtutem necesse est.

---

7. Pueri si ceciderunt terram verberari volunt et saepe ne sciunt quidem cui irascantur sed tantum irascuntur, et falsa ultione falsus dolor tollitur.
8. Illud pulchrum dignumque, pro parentibus, liberis, amicis, civibus prodire defensorem, ipso officio ducente, volentem, iudicantem, providentem, non impulsum et rabidum.
9. Non ad providendum tantum, sed ad res gerendas satis est per se ipsa ratio. Etenim quid est stultius quam hanc ab iracundia petere praesidium, rem stabilem ab incerta, fidelem ab infida, sanam ab aegra?
10. Non irascetur sapiens peccantibus, quare? quia scit neminem nasci sapientem sed fieri.

EXERCISE III.

1. Milites qui ex ea clade superaverunt, obsidibus datis et dimidia rerum omnium parte incolumes dimissi sunt.
2. Non est tantum ab hostibus armatis iuvenili aetati periculum, quantum ab circumfusis undique voluptatibus. Qui eas sua temperantia frenavit ac domuit multo maius decus maioremque victoriam sibi peperit, quam devictis hostibus armatis habere potuisset.
3. Integris amicitiis officium praetermissum imprudentiae vel, ut gravius interpretemur, negligentiae excusatione defenditur.
4. Omnibus omissis hoc unum age ut te meliorem cotidie facias.
5. Quo edicto tota provincia pervulgato nulla fuit civitas quin ad id tempus partem senatus Cordubam mitteret, non civis Romanus paulo notior quin ad diem conveniret.
6. Caesar suorum timorem consolatione et ratione minuebat; nam puteis fossis aquam dulcem posse reperiri affirmabat.

---

7. Id agamus ut meliorem vitam sequamur quam volgus, non ut contrariam; alioquin quos emendari volumus fugamus a nobis et avertimus.
8. Ista quam tu describis negotiatio est, non amicitia, quae quid consectura sit spectat.
9. Servi praeter spem subito manumissi licentiam vocis et linguae experiri amant, et iactare sese conviciis dominorum.

10. Superbiam, verborum praesertim, iracundi oderunt, prudentes irrident, utique si inferioris adversus superiorem est; capitali poena nemo unquam dignam iudicavit.

EXERCISE IV.

1. Ratio autem haec erat belli, ut se cum duabus legionibus Gades conferret, naves frumentumque omne ibi contineret; provinciam enim omnem Caesaris rebus favere cognoverat.
2. Iisdem diebus Carmonenses, quae est longe firmissima totius provinciae civitas, per se cohortes eiecit portasque praeclusit.
3. Pecuniam omnem ornamentaque ex fano Herculis in oppidum Gades contulit.
4. Nam neque arboris nec equi virtus, quae dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est sed in natura.
5. Aeacus, homo iustissimus Claudium imperatorem altera tantum parte audita condemnat. Ingens silentium factum est. Stupebant omnes novitate rei attoniti. Negabant hoc unquam factum. Claudio iniquum potius videbatur quam novum.
6. Crastinum si adiecerit deus laeti accipiamus.

---

7. Prominenti ex lectica praebentique immotam cervicem caput praecisum est.
8. Non omnes eidem rei student: hic elegantissimus haberi cupit, ille doctissimus.
9. Confusis oculis prosunt virentia.
10. Cassidius, homo vilissimus, in hac oratione dixit duas res quibus stultius ne ipse quidem unquam quidquam dixerat.